

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

36. Rahab

urn:nbn:de:bsz:31-105410

Mosis precibus & manibus levatis in altum. Audacia usus contra Chanaanæos fugatur & transitu prohibetur ab Idumæis, & dementatur libidine a Midianitis. Viam sibi aperit per regna Seonis & Oggi, & Midianitas ferro rursus ulciscitur. Ex illa multitudine ingenti, qui ex Ægypto exierant, Calebus tantum & Josua Jordanem transeunt: reliqui in deserto omnes exstinguntur, & promissis beneficiis eorum perfruuntur filii, qui ut ultra Jordanem pervenerunt, non manna amplius, sed agrorum præda ubere atque locuplete sustentantur.

36.

RAHAB.

Rahab Hierichuntina, cauponariam exercens, duos Josuæ exploratores hospitio excipit, eosque Rege inquirente sollicitè abscondit: neve in manus hostiles inciderent, per noctem

nocte
demitti
fruit.
capta, i
nerat,
neum f
per fid
Ecclesia
propin
monis
sti gen
neis, I
Davidi

37.

Gab
Hierich
ne terr
vestitu
tantes
nes du
adelle
neris

noctem funibus de muro pacifice demittit, & viæ ignaros consilio instruit. Vrbe ipsâ per miraculum capta, ita uti cum hospitibus conuenerat, funiculum de fenestra cocci- neum suspendit. Rahab igitur, quia per fidem benigna fuerat hospita Ecclesiæ, servatur cum sua omni propinquitate, & viri præstantis Sal- monis potitur conjugio. In Chri- sti genealogia, e mulieribus extra- neis, loco secundo ponitur, Regis Davidis tritavia.

37. GABAONITÆ.

Gabaonitæ, urbium vicinarum Hierichuntis & Hai clade & ever- sione territi, in castra Josuæ veniunt, vestitu lacero & calceis dissutis, por- tantesque utres vini veteres, & pa- nes duros, e regione longinqva se adesse simulant: cum dicerent iti- neris longitudine consumta vesti-
men.

f s